

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Mansuetudo f  
cum fonte primo

Mitis est quem non rancor uel ira afficit,  
sed omnia equanimiter sustinet;

non irritat nec irritatur, nec nocet nec  
nocere cogitat.

Ieronymus in glossa super Mattheum V.:  
Beati mites et cetera.

**Beati mites et cetera.....**

Mitis est quem non rancor uel ira afficit:  
sed omnia equanimiter sustinet.

Huius virtutis quasi magne magistrum se  
facit dominus: quod non faceret nisi via  
summe perfectionis ista virtus esset.  
vnde dominus. discite a me: quia mitis  
sum et humilis corde. Hec possidet  
terram uiuentium et delectabitur in  
multitudine pacis. Mansuetus  
non irritat vel irritatur: non nocet vel  
nocere cogitat.

*Glossa ordinaria, liber euangelii  
secundum Mattheum, 5.4 (Biblia Latina  
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed.,  
Strassburg, 1480).*